



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

LIX. Das Domstift Halberstadt nimmt das Domstift Stendal in die
Fraternität auf , am 12. Mai 1288.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

inſſimus ſigilli noſtri et eccleſie predictae domini Ade prepoſiti et domini decani appenſione ſigilli decrevimus communiri. Acta ſunt hec in caſtro Tangermunde, Anno domini M^o. CC^o. LXXX^o. VIII^o, V^o. idus february.

LIX. Das Domſtift Halberſtadt nimmt das Domſtift Stendal in die Fraternität auf, am 12. Mai 1288.

Honorabilibus viris et diſcretis Domino A. prepoſito, magiſtro Johanni decano, domino L. ſcolastico, totique capitulo in ſtendal, Jacobus dei gratia decanus, H. ſcolasticus, Johannes cuſtos totumque capitulum eccleſie ſancte Marie in haluerſtat — referente domino H. de hartefrode, noſtre eccleſie ſcolastico, audiimus, veſtre congregationis conuentum bonorum operum que in noſtra concedente domino continue fiunt eccleſia deſiderio deſiderare fulcimentum. Nos ut ex radice caritatis alter alterius honora ſupportando legem chriſti impleamus, orationum, vigiliarum, ieiuniorum, elemoſinarum, ac ceterorum bonorum operum, que per nos noſtrosque ſucceſſores ſpiritu ſancto inſtigante peraguntur, vobis veſtrisque ſucceſſoribus participationem, quantum in nobis eſt, concedimus et in fraternitatem plenam ſuſcipimus in hiis ſcriptis. Sed quia vera amicitia eſt beniuolentia in contra paſſis, ut amans ametur, ſupplicamus affectuoſe, quatinus nos et noſtros ſucceſſores, ut hinc inde mutue caritatis vinculo vinciamur, bonorum operum, que apud vos frequenter fiunt, participes faciatis et ſuper hoc nobis veſtras patentes litteras quantocius deſinetis. Datum haluerſtat. Anno domini M^o. CC^o. LXXX^o. VIII^o. III^o. idus Maij, in noſtro capitulo generali.

LX. Ablaßbrief mehrerer Kardinäle für die Verehrer der St. Nicolai-Kirche zu Hildagesburg, vom Jahre 1289.

Vniuerſis chriſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis Nos dei gratia Petrus arboreniſis archiepiſcopus, Theobaldus caneniſis, Chriſtianus Sambieniſis — (und noch elf) Episcopi — Cupientes — ut Cappella ſancti Nicolai in hildengeſborch Magdeburgenſis dioceſis, decanatuſ ſancti Nicolai Stendalieniſis annexa, vbi dominus per ſancti Nicolai merita multa operatur miracula, congruis honoribus frequentetur et a cunctis chriſti fidelibus iugiter ueneretur, omnibus vere penitentibus et confeſſis aut infra octo dies confeſſi fuerint, qui ad predictam cappellam in ſingulis feſtiuitatibus ſeu diebus ſubſcriptis videlicet Natiuitatis Reſurrectionis Aſcenſionis et pentecoſtes domini noſtri iheſu chriſti ac in feſtis glorioſe uirginis marie, beatorum Petri et Pauli ac bartholomei apoſtolorum, beati Johannis baptiſte, Johannis et pauli beatorum, Georgii et vicientii märtiris, beatorum Nicolai et Martini confeſſorum, In dedicatione ipſius cappelle et altaris ibidem conſtructi In ſingulis diebus cum peregrini et populus dictam Cappellam deuote uiſitauerint aut cauſa deuotionis acceſſerint uel qui ad fabricam ſeu reparationem uel luminaria ſeu ornamenta predictae cappelle manus porrexerint ſeu in extremis laborantes quicquam facultatum ſuarum legauerint uel quociencumque pias elemoſinas ſuas miſerint uel donauerint, de omnipotentis dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus auctoritate conſiſi ſinguli ſingulas dierum quadragenas de iniunctis ſibi penitentiis, Dum modo loci dioceſanus ad